

ACCIDENTIVM NATILIB. III. CLXIII
Tabula Radicum profectionum.

Anni Christi	1459	1471	1483	1495	1507	Ascen- dentis	Lunæ	Solis	M.C	P. for- tunæ
1	13	25	37	49	m 26	m 18,8	v 10	ii 25	o 3,28	
2	14	26	38	50	m	x	(40)	o	ii	
3	15	27	39	51	m	y	ii	o	o	
4	16	28	40	52	x	m	o	m	o	
5	17	29	41	53	y	x	o	m	m	
6	18	30	42	54	m	y	m	m	m	
7	19	31	43	55	x	x	m	x	m	
8	20	32	44	56	y	ii	m	y	x	
9	21	33	45	57	x	o	x	m	y	
10	22	34	46	58	ii	o	y	x	m	
11	23	35	47	39	o	m	m	y	x	
12	24	36	48	60	o	m	x	x	y	

Ex hac Tabula inuenies quolibet anno ætatis nati ad quod signum aliqua profectione annua pertingat, ut anno ætatis nati, cuius hæc est Tabula 16 currente, uel inchoante, id est anno Christi 1474. fuit profectione ascendentis ad 26 gradum x, profectione Lunæ ad 18,8 m. Profectione Solis ad 10,40 o, & sic de alijs &c.

Pro dispositione Tabulæ profectionum pro die quo profectione hæc annua ad certum aspectum uel locum cœli pertinet, ita procede: Primum scribe dies 31, ad Iuam tabulæ. Deinde in capite tabulæ duodecim menses ut Januarius, Februarius, &c. iuxta ordinem. Deinde impone numeros graduum & minutorum ad arcam tabulæ, incipiendo numerum graduum & minutorum, scilicet o. o. in die nativitatis. Deinde mox sequentem diem o. 5, ad tertium o. 10, & sic consequentur iuxta ordinem sicut habet tabula sequens, & erit completa.

Ne autem lateat te ratio horum numerorum inquirendorum, ac componendi totam hanc tabulam. Scias sicut annuæ profectioni unum signum dedimus; ita etiam nos in hac Tabula integrum signum in 365 dies partiri. Id autem hoc modo facile fiet, si 30 gradus per sexagenarium in minuta resolueris, colliges 1800 minuta. Inde si rursus sexagenaria multiplicatione hæc minuta in scrupula secundaria transformaueris habebis 108000 secunda quæ si per 365 dies diuiseris, colliges in quotiente 296 ferè secundaria scrupula, quæ faciunt 4 minuta 56 secunda. Hæc si à primo nativitatis die exorsus ordine continuaris usq; ad ultimum anni natalicij diem, qui finitur in recursu Meridiei, eius diei, quo natus est infans, colliges tandem integrum triginta graduum unius signi numerum.

Exemplum genituræ propositæ.

Ee ij Tabula